Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De indulgentiis notae. "Johannes papa XXII divinum cultum ampliare volens ..."

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Item Johannes papa xxij divinum cultum ampliare
volens et fidelium mentes ad devotionem excitare
attendens vero tempore veracitate crescente malitia hominum
de die in diem perducari nisi meritis sanctorum adiu-
varetur et precipue dei genitricis marie intervenientibus
hinc est quod xxx dies indulgentiarum a predecessore suo
Urbano papa iiij concessis omnibus vere penitentibus
et confessis qui in fine salutacionis beate virginis Ihesus
addiderint ratificavit et approbavit et ipse met
totidem adiecit sermone faciens ad populum in die
omnium sanctorum
Item de magnificat quociens dixerit xxxiij annos
criminalium et xxxiij annos venialium et totidem karenas
Item quicunque genu flexerit audiens hoc mellifluum
nomen Ihesus habet xx dies a papa Johanne preter dies ab antiquo
Item quicunque ter ave maria cum tribus venijs datas
devote dixerit habet xxx dies indulgentiarum
Item quicunque genu flexerit In illo ewangelio In
principio erat verbum et verbum caro factum est legitur vel
audierit devote habet unum annum et xl dies indulgenciarum
a clemente papa v°
Item quicunque post refectionem dixerit Deus det vivis
graciam defunctis requiem ecclesie sue pacem Nobis quoque
peccatoribus post hanc vitam eternam amen habet xl dies
Item quicunque post aliquod opus bonum peractum dixerit Dulce
nomen domini mei Ihesu christi et nomen gloriose virginis marie
matris eiusdem sit benedictum in eternum vel in secula
habet x annos Indulgentiarum.
Item papa Gregorius omnibus et singulis peregrinis quicunque
tempore anni ad capellam ubi sanctus paulus decollatus
fuit ob reverenciam eius venientibus ibidem causa de-
votionis orationis vel peregrinationis accesserint peccata
oblita vota fracta offensas patrum et matrum sine
manuum iniectione violenta misericorditer in domino re-
laxavit Necnon in ista capella prout in antiquis
cronicis et bullis invenitur sunt omni die durature
xl milia annorum indulgentiarum
Item vere plures gratiam quicunque de tribus fon-
tibus ubi beatus paulus decollatus fuit aquam biberit

tu deuotione dequatur in firmitate detentus fuit
si sit in bona vita liberabitur atque eandem graciam
indulgentiarum prescriptam obtinebit | Et in ista ca-
pella si quis aliquod speciale donum a deo et a sancto paulo
pecierit sine dubio impetrabit et exaudietur
Et Johannes papa xxij concessit fidelibus in xpo dicentibus sub-
scriptam oracionem genuflexis mille annos indulgentiarum
venialium Et criminalium centum

Scriptura || Anima xpi sanctifica me Corpus xpi gloriosissimum salva
me Sanguis xpi sacratissimus inebria me Aqua lateris
xpi purissima mundifica me Sudor vultus tui virtu-
osissime sana me Passio xpi piissima conforta me O
bone ihesu custodi me Infra tua vulnera absconde
me Non permittas me separari a te Ab hoste maligno
defende me In hora mortis voca me Jube me
venire ad te Juxta te pone me Ut cum angelis et
archangelis et omnibus sanctis tuis laudem te per infinita se-
cula seculorum Amen et cetera

Item Bonifacius papa sextus ad preces philippi regis
francie omnibus confessis et contritis qui subscriptam oracionem
post elevacionem dixerint concessit et confirmavit duo
milia annorum indulgentiarum

Oremus Domine ihesu xpe qui hanc sacratissimam carnem
de gloriosissima virgine maria assumpsisti et hunc pre-
ciosum sanguinem de sacratissimo latere tuo in ara crucis
pro salute hominum effudisti Et in eadem gloriosa carne
a mortuis resurrexisti Et ad celos ascendisti Et
iterum venturus es judicare vivos et mortuos in eadem
carne libera nos per hoc sacratissimum corpus tuum quod
in altari tractatur ab omnibus inmundiciis mentis et cor-
poris Et de universis malis periculis preteritis presentibus
et futuris Qui cum vivis et regnas et cetera

Eiecto adam de paradyso venit in Ebron Cui deus
dixit In sudore vultus tui vesceris pane tuo et
terra non germinabit tibi nisi spinas et tribulos
Adam cognovit uxorem suam Evam que concepit et peperit
Cayn unde dixit possedi hominem per deum genuit
et filium cuius nomen abel quem cayn occidit Postmodum
vero temporis genuit seth [illegible] factus vitalis temporibus